

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. V. In Christi resurgentis horto, sibilant serpentes, mendacissimi
milites.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

diu contemplatus fuisset Alexander, Corporis, inquit, habitus famæ generis non repugnat: sed libet scire, inopiam quâ patientiâ tuleris. Tum ille novus rex, Utinam, inquit, eodem animo regnum pati possim! Hæ manus suffecere desiderio meo: nihil habenti nihil defuit. Alexander delectatus hac indole, non regiam mortuâ supellecilem ei attribui jussit, sed pleraque etiam ex Persicâ prædâ, regionem quoque urbi appositam ditio- ni ejus adiecit.

Videtis nostrum hunc cælestem hortulanum in Abdalonymo depictum. An non Christus Deus, qui in vi- tam hodie redux, regiam stirpem extremâ paupertate celavit, summâ abjectione texit, occultavit infandâ morte: Eò námque calamitatum sponte devolutus est, ut per totum corpus sputis, livore, plagis, cruento fœda- tus, non tantum non regiam, sed nec humanam quidem formam præ se ferret, & inter particidas in furcâ pen- dulus, indignante celo, fremente terrâ, atris lugentibus, gementibus faxit vitam poneret, sed triduo post re- ceptum. Redepit hodie, & revixit, in horto funeratus hortulanus. At non vitam tantum recepit, sed & accep- pit immortalem purpuram, & è celo diadema. Som- nium hoc visum est multis, ipsis etiam undenis hujus hortulanii affectis. Et regresse à monumento, inquit Lucas, nuntiaverunt hec omnia illis undecim, & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacob, & ce- tera que cum eis erant, qua dicebant ad Apostolos hoc: Et vi- sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non credie- rint illis. Vix induci poterant, ut crederent, hominem illum tam ignominiosâ morte sublatum, in vitam affer- tum tam gloriosam. Sed adest in hoc ipso horto juvenis è celo candidâ bysso amictus: adeit, non ut redivivo hunc hortulanum militia regni deferat, sed ut delata nuntiet, & fidem faciat incredulis. Hic ergo verus Abdalony- mus à morte ad vitam, à cruce ad solium, à spinco lecto ad diadema, à sordibus ad purpuram, ab ignomi- niâ ad gloriam, ab horto ad cælum vocatus, prædam non è Perse, sed ex orco abductam tecum avevit: hanc suo cruento partam stitit æterno Patri, à quo, vita- necisque omnium constitutus Dominus, regnum acce- pit orbem universum.

§. IV. Paulinus ab horto in sacrum solium revertit.

Occurrat hinc, quod de Paulino Nolano Præfule, testes credi dignissimi referunt. Hic magnus An- sites, cùm in captivorum libertatem argentum omne erogasset, nec liberasset omnes, tandem pro redimento viduæ filio, se ipsum in Africam vendidit, & pervenit ad generum Guntharii regis, cui ea lege se emancipavit, ut liber abiret viduæ filius. Abivit ille, remansit iste. Quem cùm barbarus hortorum culturam callere intellexisset, suis illum hortis præfecit, inò suum fecit & amicum. Vultu squidem Paulinus erat elegantiore, industria ra- riore, cultiore sermone, quibus se ita probavit suo hero- hic servus, ut tandem illi Dominus redditum in patriam, & quidquid aliud à se peteret, promitteret annendum. Cui Paulinus, Unum est, inquit, beneficium, ô Domi- ne, quod à te postulem. Me liberum esse, in patriam re- dire, meis restituvi quid juvet, si multi meorum absint, & adhuc in vinculis ingemiscant? Queso te, mea civi- tatis aliquot captivos tenes: dimittre una, & aquam li- bertatem indulge omnibus. Omnia annuit regis gener, & naves ad abitum frumento instru præcepit. Inter- ea illud Vandalorum flagellum Guntharius moritur, Paulinus dimittitur, & ad suos cum suorum parte re- dit feliciter.

Christe, Rex reditive & immortalis, quâm in pleris que omnibus huic hortulanio fecisti paria? Servivisti, non in celo (quæ enim ibi servitus?) sed in hac horridâ solitudine. Servivisti, non coæctus (quis enim cogerer?) sed sponte tuâ & volens lubens. Servivisti non pro ami- citur.

Tom. II.

A co (quid enim hoc tanti?) sed pro inimicissimo tibi ho- mine. Et quis tua servitus potissimum labor? Hortus iste, mundus iste, quem sterilem & incultum percolui- sti. Sed gratia, quam hic hortus optimo suo cultori retu- lit, crux fuit, in quo durissimo leto hic hortulanus oc- cubuit. Funus illius ex infarni monte in horrum dela- tum, & illatum est saxo sepulchro. Auctuarius cæli Joannes id testatur: Et autem in loco, inquit, ubi crucifixus est, Iom. c. 19. hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum v. 41. & 42. quisquam positus erat ibi ergo propter Parasceven Iudeorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt JESVM. Lugubria haec tenus omnia & triflia. At tertio die à suo funere re- divivus obambulat in horto hortulanus iste, & cum magnâ suorum parte, redirem patriam, hoc est, in celum meditatur.

B Horte fortunatissime, qui conscius fuisti magni si- mul mæroris & gaudii! Tu hortule lacrymas exceperisti, quas fuderunt, qui tulerunt in tuum gremium orbis Ser- vatorem. Tu mæstiam vidisti eorum, quæ mortis vi- ßorem mortuum, intra tua septa sepelivernis: Tu la- menta illorum & planctus audivisti, qui vitam in cruce extinxerat, in te, ô horte, sepultam decurserunt. Sed hec tibi amara & funebria. Illud verò lætissimum quod tu idem horte, vita Dominum in vita restitutum, hortulanii formâ in inambulante primus vidisti, & multis illum ut mortuum lugentibus, vivum videndum exhibuisti. Cuius umquam horti dignitas, ô vera vol-uptatis sedes, tria fuit superior? quæ tempe aut virida- ria, quæ silvæ aut vivaria nitelam tuam æquarunt & ele- gantiam? Valere mihi vel milles paradisi, valete. Vefras ego voluptates non ambo. His mihi hortus vobis ju- cundior est, quia illum regem in illo reperio, qui, quot-quot vult paradisorum millia, vel verbo potest extrue- re. Verè hortorum omnium decus es, ô magnum tem- delicium & mundi ocellus Solymæ horte! Sed hec, quām vix ullum mærorum purum fluit gaudium! Est & C hic quod latitiam turbet, & hujus horti ex parte fœdet elegantiam.

§. V. In Christi Resurgentia horto sibilant ser- pentes, mendacissimi milites.

S Erpentes sub herbis hic delitescant, & quod metum- sive augeant, horrum sibilant pestilentes hi colubri. An non viros dracones, milites illi, qui Dominicum se- pulchrum accubant? Non in vitam revocatus, vocife- rentur illi, sed è conditorio ablatus est Galilæus vester.

Christus à militibus custodibus ablatus è monumen- to dicitur.

D Agnosco noxios afflatus iftorum draconum, quos He- brai Pontifices argenteâ offâ demulserunt, & hæc in Christu tam impia jussifer evomere. Sed dicite, sce- lestissimi milites, si ille crucifixus homo ablatus est, qui abstulit? Discipuli. Itane discipuli? Illi scilicet, qui pæne ad ancillæ voculam examinati conciderunt? Illi, qui tri- duq antè vivum deseruerunt, tanto cum pericolo repe- tiverunt mortuum? Mendacissimi blaterones quid di- citis? Et quando hi discipuli sumum Magistrum ita sub- duxerunt? Cùm dormiremus. Itane verò ad vigilan- dum & servandum vos appositos censebam: ut video, ad dormitandum conduci estis, egregii vigiles. An non vestram tam apertam vanitatem & manifestò ar- guendam putastis? Hoc sub Alexandro Severo fecisse- sis, fumo (ut vobis dignum) in cruce fuisset necati, clama- mente præcone: Fumo puniuntur, qui vendiderunt fu- mum. Et mortis fuit in Thessaliâ, ut si quis mortui custodi- iam promisisset, perpetem noctem eximiè vigilaret, exerts & inconversis oculis, semper in cadaver intentis, nec aciem usquam diverteret, inò nec obliquaret qui- dem: & manè si corpus non integrum restituisset, quid- quid inde deceptrum imminutumque fuisset, id omne de facie suâ desectum sarcire compellebatur. Si hac lex in vos valerer, an non totum corpus vestrum deberetis, qui cadaver custodiendum, totum perdidistis? Sed uiri effrons.

effossis vestra falsitas pateat magis, agite, o vigilansissimi excubitores: Si discipuli illud falso clausum cadaver sunt furati, cur nemo vestrum restitit, cur omnes hoc passi? Domivimus. Quomodo ergo clancularios illos fures vidistis, si dormivitis? nisi forte vos apertis oculis dormiatis ut leporis? At forsitan id quod narratis, somnium? Fidem ergo dictis vestris ne speraret, somnia narratis, quibus nihil est fallacius. Quid igitur obducitis venenatae hydæ, quid responderis Plutonis vernæ, quæ ratione futes factus Christi discipulos? Audivimus id ex alius. Eja verè ex aliis; quibuscum illis aliis? An praeter vos alii quoque aderant; qui ipsos custodirent custodes, ne quis auferret dormientes? Perfrictæ frontes, adeòne pudorem omnem decoxit, ut hanc fabulam in yugis spargere non vereremini? Quis heri natus infans hoc tam luculentum commentum non tangat? sed erocitate mendaces corvi, & Christum in vitam denuo assertum negare: nihil evincitis, nisi hoc solum, ut plus majestatis & laudis habeat in lucem producta veritas. Resurrexit cruci affixus sicut dixit. Cerne jam manus Iudeæ, quas fixeras cerne latus Romane, quod foderas in tunc. Fallitas, corpus redivivum, quod à discipulis subducendum sparseras. Hoc Petrus Chrysologus aurei vir eloquii venustrè profecitus. Inter hac, inquit, Iudeæ crimina, aut male enumera tua, aut distractabunt peccatum aliena, dum peccata taxant pretio, dum pecuniam penfant & compensant delicta: dum in sceleribus suis fundant, quod toto scelere congregaverunt. Sic Iudam comparant traditorem Domini sui, & pretio Redemptoris mundi sanguinem penfant: sic aperte sepulcri fidem claudant fæculo, ut negandæ resurrectionis crux munimur criminum mercarentur. Pecuniam, inquit, copiam dederunt militibus, dicentes. Dicere, quia discipuli ejus reverent nocte, & furati sunt eum, neque dormientibus: & se huc Proses audierit, nos studebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edociti; & diffamatum est verbum istud apud Iudeos usque in hodiernum diem. Apud Iudeos, namquid apud Christianos Iudee, quod tu in Iudea obcurabas tamen, fide fato clamavit & elixit in mundo: discipuli receperant, non furati sunt Christum: tu per fidiam comparasti, sed non furatus es veritatem. Iudee, resurrexit Christus, tu pecuniam perdidisti. Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Iudee, Christus vivit: tu & te & tuos posteris occidisti.

Sed ad te redeo, divine Hortulane, & quācum tecum finio, prius id unum ex te quero: Cur, Christe, hos virulentos basilicos in horto illo passus es, in quo placide letalem somnum dormivisti? Cur circa illud sepulchrum, in quo à cruce quievesti, has bestias fabulari permisisti? Si bene coniicio, bone Jesu, per hos ipsos fabularum præcones veritatem magis in lucem dari voluisti. Et natura opera si speciemus, spinæ rosas armant, mella defendunt aculei, aurum inæ specus, gemmas inæ maria; & est cum sol per nubem ferit potentius. Tu item Sol vere, Christe triumphant, per hanc commentatorum nubem potentiam tuam magis asservisti; neque sic effulsi est veritas, nisi eam faltitatis caligof pressisset; neque hortus iste ita frequentatus fuisset, nisi prius ab istis serpentibus fuisset ita vastratus. Honor istius horti è contemptu crevit, fama illius auxit ab infamia. Furum in eo commissum spargebatur, sed tandem patuit Veritas, & purpureum honoris Ver per hoc viceum semet difflavit. Ita fieri decuit in eo horto, in quo vita sepulta jacuit, & à seipsa sibi restituta, mortem sepelivit.

C A P V T I X.

De futurâ mortuorum in vitam revocatione.

Luc. cap. 18. vers. 32. C hristus igitur resurrexit, sicut de seipso dixit: Transderetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & confusus

A tur, & postquam flagellaverint, occident eum, & tertius dies surget. Resurrexit, sicut dixit: Ego sum resurrectio & vita, quæ credit in me, etiam si mortuus fuerit, viveret. Et omnis qui vit & credit in me, non morietur in eternum. Hac est enim voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resurrectum illud in novissimo die. Resurrexit sicut dixit. Nolite mirari hoc, quia renit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite, qui vero malaegerunt, in resurrectionem judicii. Ne miremur, neque dubitemus: de his qui dormiunt in terra pulvere, exsurgunt alii in vitam eternam, & alii in opprobrium ut viacent semper. Si credimus, quod JESUS mortuus est, & resurrexit, ita & Iudeus, Deus eos, qui dormierunt per JESUM, adducet cum eis. Scientes, quoniam qui suscitavit JESUM, & nos cum JESU suscitat, & constituit vobis cum. Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simili & resurrectionis erimus. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simili etiam vivemus cum eis. Christo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. De Reviviscente Christo superiori capite diximus; jam & de nostra in vitam revocatione paucula addamus.

S. I. Mortuorum in vitam redditus nec prisca Philoſophis ignotus.

A Quila cornicium aut plectracorum infidili interceptra, pennis sc spoliari non vetat, occasionem natæ injuriam ulciscitur, & obvium inimicum rotto transfigit. Avis est, quam Indi Zebut appellat, hæ baleæ os insidet, leque grandibus illis faucibus hauniit permittit, callido consilio: nam alvo recepta in corrostro incurrit, quo perroso cete illud immane perimit. Aquila que supernæ se in has valles ruit, ab Hebreis capti, ligata, laniata, vulsa, trabi fixa, à morte transfixa, opportunè tertia post mortem obitum die, holetum ultimum ivit, & in mortem telum illud regessit, quod subiomet gessit corpore. Revixit Servator noster. Absorpus videbatur, & erat etiam à mortalium voracissima voragine, sed cum faxeo illo ventre clausa jacuit, cor morti peredit, & mortem ipsam mori coegerit. Capiti nostro vitam redditum spectamus, nobis uti membris speramus reddendam. Sed spes hæc vacillat sepe, ideo nunc illam confirmatum ibo, & de mortuorum in vitam redditu paucam differam.

Rem magnam adfectas, inquis, & campum ingreditis, quem vix pervolet Tertullianus Pegasus. Omnia consentio, & cedo. Sed quis nescit rerum etiam maximarum esse compendia? Reperit & orbis suam epitomen Roman. Carolo Imperatori anulus fuit, in quo præter indicem, libramenta, rotulas, etiam campanula; & hic digito, ut ceteri, inseritus est anulus. Natus & ille Pyrrhi, in quo gemma, quæ Novenfiles Deas cum Apolline citharam tenente, à natura artificio accepit. Homericam Iliadem nux unica conclusit. Neque ego me inter hos artifices numero. Hoc solum affirmo, multa duci posse compendio. Bono animo lectoris esse jubeo, ad Romanam clepsydram non perorabo.

Leonis exuvias à tineis immines durare, naturæ scriptores docent. Leo noster è stirpe Judæ, in prælio cruento cecidit, sed ideo ut nos cadentes erigeret. Illata sunt mortuorum illius quali exuviae, vermium familiæ credentes, effusus est in terram offulsum pabulum. Sed Leo fuit, nec quidquam in illum juris tinearum dentibus. Integer è marmore tumba prodidit, & sacro rugitu univerlum orbem à funere revocavit. Nos quidem morti paramur omnes, illam experti antequam nati: mors enim est non esse, & hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus. Æterna lex à principio dicta omni huic mundo, orbi, abortiri. Nec quidquam stabile aut firmum arbitri illæ rerum esse voluit, præter seipsum. Abeunt omnia in scandi percundiisque fatalem gyrum, & longævum aliqd